*JEHOVAH AUXILIANTE!*

# FONTEM LACRYMARUM SUEO-GOTHICÆ GENTIS,

Per Theoriam Solis ad d. 5 April.

*Anni M. DC. XCVII.*

DISSERTATIONE MATHEMATICA,

*Conſentiente Ampliſſima Facult. Philoſophica in Regia ad Auram Academia,*

SUB PRÆSIDIO,

Præcellentisſimi Viri,

DN. M. MAGNI STEENS/

Math. Profeſſoris Ordin. Celeberrimi, Patroni & Præceptoris ſui piâ mente humiliter colendi.

*Pro conſuetis* IN PHILOSOPHIA HONORIBUS *modeſtè ſuſcipiendis*,

devotiſſimâ ſubjectione ac luctuoſo calamo demonſtrat

ABRAHAM ALANUS,

in Auditorio Maximo,

*ad diem* 19 *Maii*, ante m. *A. M. DC. XCVII.*

ABOÆ, Impr. *apud JO. WALLIUM.*

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS,
Fido Viro,
In CHRISTO
*Reverendiſſimo Patri ac Domino,*

# DN. JOHANNI GEZELIO,

S. S. Theologiæ DOCTORI
longè Celeberrimo,
Inclutæ Diœceſios Aboënſis
EPISCOPO
Eminentiſſimo,
Regiæ Academiæ
PRO-CANCELLARIO
Permagnifico,
Patrono & Mæcenati ſummo.

EXOPTATISSIMAM FELICITATEM!

BENEFICIORUM, QVIBUS, REVERENDISSIME PATER, deſtitutos ſtipitis noſtri ramos reficere ac erigere volueras, tanta equidem ſteterat dudum amplitudo, ut mihi & diſſertationi meæ non niſi ſecunda ominari liceat. Præter enim *Gratiam* illam, quâ quosvis politiori literaturæ rectè incumbentes excipere ſueveras *præclarè*, *ſingularem* quandam erga nos ſemper foveras *benevolentiam*. Qvocirca minimè veretur ingenium, REVERENDISSIME DOMINE, meum iterato ſuo fœtu *Gratioſum* Tuum ſubire *vultum*, id ſibi promittens, quod promittere jubet *Eminentisſimi Domini Patris Benignitas Paterna* prorſus, & *Gratia* nunquam

opi-

opitulando fatigata. Ego à DEO O. Max. precibus adnitar calidiſſimis impetrare, ut REVERENDISSIMAM TUAM AMPLITUDINEM in Eccleſiæ Splendidiſſimum Lumen ac Inſigne ſtabilimen, nobis ſoſpitem diutiſſimè ſupereſſe concedat. In quo etiam voto nunc deſino, nunquam deſiturus

REVERENDISSIMÆ TUÆ DIGNITATIS

*devotiſſimus cliens*
ABRAHAM ALANUS.

*Ad Eximium & Politiſſimum Juvenem*

# Dn. ABRAHAM ALANUM,

Philoſ. Candidatum digniſſimum;

pro Gradu Magiſterii de *Theoria Solis* ingenioſè & ſubtiliter diſſerentem;

*Inter Planetas medius Sol currit in orbem*
*Doctus propoſitas ire redire vias.*
*Splendidus hic tenebras pellit, ſeriemque dierum*
*Explicat ac noctis fert repetitq; vices,*
*Hic oculus mundi, variatis cornibus orbem*
*Luce beat Lunæ, qvæ mediata micet,*
*Uſibus ut noſtris ſociatis motibus annos*
*Deſcribant, Menſes, ſecula longa ſimul.*
*Ut melius conſtent hæc talia rite requires*
*Qvi motus veri, qvi mediiq; ſient,*
*Qvis motus centri Solis, tardique apogæi.*
*Et proſtapheerſes enumerare ſcias.*
*Pluribus iſta docet noſter laudandus* ALANUS
*Subtilis mentis iam documenta parans.*
*Auſibus his faveat Solis formator ut ipſum*
*Juſtitiæ Solem pectore & ore colat!*

Gratulabundus ac occupatiſſimus ſcripſit

*JOH. FLACHSENIUS.*
S.S. Theol. D. & Prof. Prim.

Candidato Philoſophiæ probatiſ-
ſimo doctiſſimoque,

DN. ABRAHAM
ALANO,

Amico ſingulari,

Cum THEORIAM SOLIS Diſputa-
tione ſua *Inaugurali* proponeret,
defenderet:

Alta petis, ſcandens vaſti grave culmen Olympi:
*Cynthius* ingenium monſtrat ALANE Tuum.

Honoris & amic.
cauſa
A. WANOCHIUS,
S. S. Theol. Prof.

Super diſputationem gradualem
*Moribus & eruditione Ornatiſſimi*
*Juvenis* VIRI
DN. ABRAHAMI ALANI
CANDIDATI Philoſophiæ meritiſſimi
amici ſinceré dilecti,
De THEORIA SOLIS patriæ noſtræ
ſupra modum funeſti.

*Ecce dies memori ſignatus ſchematè prodit,*
*Quem nunqvam Sveci dedoluiſſe qveunt:*
*Qvo clemens terris borealibus occidit Aſtrum,*
*Aſtrum ſubjecto mite favensqve ſolo:*
*Qvo diſideriumqve & amor venerabilis orbis,*
*Invictus CAROLUS, ſic qvoqve victor, obit.*
*Cynthius Æripedes fertur flexiſſe jugales*
*Retro, negans hujus teſtis adeſſe necis.*
*Flexit frena retro, tenditqve oblivia tantis*
*Eſſe æternæ malis, perpetuumqve fore.*
*Ille qvidem tendit; Pietas tamen obſtat* ALANI,
*victuris chartis publica damna notans.*
*Sic decuit: ſeris ſic linques ſemina luctus*
*Seclis: ſic vivet nomen, Amice tuum.*

festinus ſcribebat
*TORST: RUDEEN.*

# L. B. S.

H*audqvaquam ignoro, pleroſque opellam hanc noſtram legentes mirari, qui fiat, quod tot lucentibus claris in ſcientia Mathematica ingeniis, viriſque doctis; ego Nodos Aſtronomorum Gordios ſolvere aggreſſus fuerim, qvi nulla in parte ſum cum iis, qvi lucent comparandus: ſi tamen mei rationem noverint inſtituti, deſinent mirari. Diſſertatio vi Conſtitutionum Academicarum, mihi omninò conſcribenda erat. Itaque placuit ſvaſu Patroni cujusdam à me jugiter & piè colendi materiam aſſumere præſentem, eamqve ad Supremum Diem Potentiſſimi ac Incomparabilis* Regis CAROLI XI, Regis *noſtri Clementiſſimi juxta ac deſideratiſſime conformare. O funiſtam Svecorum ae-*

a *colis*

colis incolisqve Epocham! tremunt certe artus perculſi deſiderio Tanti Regis, ingenium qvoqve ipſum luctu hebetatur. Proh! Sveciam de ſinu GLORIÆ ſuæ expoſuit DEUS, & iteratâ irâ detraxit capiti noſtro CORONAM, qui ſolus tranfert Regna ac conſtituit. Omnium profecto animos penetravit hic dolor luctuoſiſſimus; urit autem maxime ibi, ubi maxime moratur; maximam aſt moram ſentit in animis, quorum nulla officii debiti ſaltim ſcintilla coram Tanto Patriæ Parente excitari aut probari unqvam potuit. Sis iccirco in cœlis æternis onuſtiſſimus præmiis, Rex CAROLE! Æternitatis Tuæ Natalis in terra Epocham Svecorum erigit novam. Hanc ſi pro merito auſpicari non valeo, qvia auguſta, ſubtilis, & copioſa; tamen voluiſſe in rebus magnis ſatis eſt. Aliis Scientiæ Mathematicæ ſibi magis conſciis relinqvimus majora; mihi æqualia ingenii mei viribus expoſuiſſe ſufficiat.

אלהי

אלהי לעזרתי חישה:

# SECTIO PRIMA.

Poſtquam DEUS, univerſi hujus Conditor infinite Sapiens ac vere Omnipotens, ſpecimen ſanctiſſimæ libertatis ſuæ dediſſet, trium priorum momentis dierum aliquid creando, qvarto demum die Solem, quem Hebræi vocant שמש, Græci ἥλιον, Latini Solem, in diei præſidem, vel ut habet Moſes לממשלת היום ad diei dominium conſtituit. Primo qvidem die natura lucis erat condita, utpote quæ, ſive ſparſa per indiſtinctam molem, ſive arctioribus terminis circumſcripta, acceſſu ſuo diem, receſſu vero noctem induxit: Sed qvarto die *παγγενεσίας* Solarem Globum fecit DEUS, ut Primogenitæ illius lucis vehiculum eſſet præclarum ac admirabile. Sic voluit DEUS, ita etiam factum eſt, & erit qvoqve juxta vo-

luntatem ejus, ſcilicet Sol diei Præſes, & Terrarum Orbis Rector Sap. 13. Solaris hujus Corporis Theoriam, ſecundum Celebriorum mentem Aſtronomorum 9 præcipue partibus labore digniſſimis contineri percepimus. Nimirum.

1. Motu Solis medio
2. Motu Apogæi medio
3. Motu æqvali anomaliæ Apogæi
4. Proſtaphæreſi æqvinoctiorum
5. Vero motu Apogæi
6. Anomalia ☉ ann. med.
7. Anom orbis æqvata ſeu vera, quæ argum. Solis etiam dicitur
8. Eccentricitate Vera
9. Æquatione orbis vel angulo Proſtaphæres.

Qvibus ſingulis legitimè inveſtigatis, nullo negotio motus ſolis verus patebit.

Qvoniam autem omnem ſuum motum Cœleſtia Corpora in circulo perficiant, eamqve ob cauſam placuerit Aſtronomis, tam ad ſitus qvam ad motus ſiderum facilius deſignandos, & accuratius diſtinguendos certa adhibere ſchemata, eos ſeqvuti, tale hic proponimus ſchema, ad Potentiſſimi qvondam Regis noſtri, CAROLI XI, Natalem æternitatis, Ipſi qvidem Sereniſſimo Regi Glorioſiſſimum, Suecis autem maximè luctuoſum ac funeſtum, Anni ſcilicet M. DC. XCVII. V. Aprilis, conformatum.

Ter-




## Terminorum in Schemate explicatio.

A Centrum mundi eſt, â qvo deſcriptus eſt Zodiacus E F M L B C D.

Punctum H in circelli peripheria eſt Centrum Orbis Eccentrici N P R.

G Eſt cenrum circelli K I H.

Linea Abſidum mediarum eſt E M, Verarum F L.

Linea medii motus ſolis eſt H O, Imaginaria A C.

Linea veri motus A D.

Medius motus ſolis eſt arcus B C O Verus B C D.

Medius motus Apogæi B D E, Verus B D E F. Æqualis motus anomaliæ Apogæi K I H Proſtaphæreſis Apog. eſt arcus E F.

Anomalia ☉ annua med. E F M L B C vel O.

Anom. orbis æqvata ſeu vera alias argumentum ſolis F M L B C O D. Æquatio orbis C D vel O D.

Eccentricitas maxima eſt A K 4216, quarum Radius Eccentrici H P 100000, minima A I 3490. media A G 3853, quæ componitur e minima, & I G Dimidia differentia inter maxim. & min. Eccentricitatem part. 363. Ad quantitatem iſtius differentiæ deſcriptus eſt Circellus K I H qvi centr. Eccentrici ſeu revolutionis ann. circumfert annis 3434 C. S. S. progrediendo à K per i in H, ſingulis diebus abſol-
// /// /v v v/
vens 1. 11. 0. 49. 19. qvi motus continue mutat eccentricitatem, itemqve verum Apogæum.

Eccentricitas vera ad datum tempus eſt A H.

Notum præterea eſt, accumulationem dati temporis in dies & dierum ſexagenas, calculi univerſæ ſolis Theoriæ inſtar fundamenti eſſe. Sicut enim in omni cognitione noſtra, ad tollendam rerum difficultatem, Notiones ſecundæ erunt adæquandæ; ita non minus in Aſtronomia idem obſervantes Artifices, denominationem Aſtronomicam aliam accreſcentem conſtituerunt, aliam decreſcentem. Tempus autem nobis propoſitum in ſexagenas dierum ſic colligitur.

Vulgariter ducito 1696 in 365, facto adde dies ab Epocha Chriſti intercalares 424, & currentis anni dies ad datum temp. ſcilicet 94, ſummam divide per valorem ſexagen.

$\overset{III}{\text{æ}}.\ \overset{II}{\text{æ}}.\ \overset{I}{\text{æ}}$ & habebis $\overset{III}{2}.\ \overset{II}{52}.\ \overset{I}{5}.\ \overset{D}{58}$.

## SECTIO SECUNDA.

Præſuppoſitis ita nonnullis ad materiæ illuſtrationem facientibus, promiſſi memores inprimis ſolis motum med. venabimur, idqve ſeqventi modo.

### REGULA I.

Temporis dati ſexagenas duc in motum ſolis diurnum med. ſummæ adjice Epocham Chri-

Chriſti, & patebit motus medius ☉ ad datum tempus, neglectis, qvoties proveniunt, integris circulis.

| | I II III IV V VI |
|---|---|
| *Motus diurnus med.* | 59. 8. 19. 44. 59. 15. |
| | III II I D |
| *Sexagenæ temp. dati* | 2. 52. 5. 58 |

57 7 18 42 57 14 30
2 44 22 32 2
4 0 1 3 4 1 15
55 0 35 40 55
51 6 16 38 51 13 0
8 56 28 8 8
1 0 0 1 1 0 30
58 16 38 28 58

| | III II I D I II III IV V VI |
|---|---|
| *Summa* | 2 49 37 45 28 39 41 25 31 30. |
| *Rad. Chriſti* | 0 4 38 36 34 0 0 0 0. |

*Medius mot.* ☉ *neglectis*

| | D I II III IV V VI |
|---|---|
| *Integris circulis* | 24 5 13 41 25 31 30. |

Fuit

Fuit itaque ☼ dicto die medio ſuo motu in loco Zodiaci quem ♈ conſtituit & quidem 24° 5' 13'' &c.

Pro inveniendo motu Apogæi medio ſ. æqvali

REG. II.

*A*rcum ſeu motum *A*pog. diurnum multiplica in Sexag. dierum, producto adde radicem Chriſti, & prodibit motus Apog. med. ad d. t.

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | ''' | iv | v | vi |
| *Motus diurn. Apogæi* | | | | | 11 | 55 | 1 | 30. |
| | | | | | \\\ | \\ | \ | D |
| *Sexagenæ dierum* | | | | | 2 | 52 | 5 | 58. |
| | \ | ° | ' | '' | ''' | iv | v | vi |
| *Summa* | 0 | 31 | 49 | 53 | 50 | 57 | 17 | 0 |
| *Epocha Chriſti* | 1 | 5 | 9 | 30 | | | | |
| Motus *A*pogæi med. | 1 | 36 | 59 | 23 | 50 | 57 | 17 | 0. |

Notandum eſt, ut id in tranſitu hic dicam, Apogæum & Perigæum non eſſe confundenda cum punctis ſolſtitialibus, quanqvam in ♋ & ♑ utraqve videantur reſidere. 1. enim illa ſita ſunt in coelo ſolis, ſolſtitii vero puncta in Zodiaco. 2. Illa mobilia, hæc immobilia ſunt. 3. Puncta ſolſtitialia

aſtro-

ɔ
*A*ſtronomi ſtatuunt in o ♋ & ♑; ſed *A*pogæ-
ɔ /
um ☉ ad mer. dati temporis eſt in 9 10 &c. ♋, Perigæum vero in puncto oppoſito.

REG. III.

Ducto mot. diurno Centri ſolis in tempus reductum, adde Rad: Chriſti, & videbitur æqnalis motus anom. *A*pogæi

| | // | /// | v/ | v | v/ |
|---|---|---|---|---|---|
| *Centri ſolis mot. diurnus* | 1 | 11 | 0 | 49 | 19 |

| | D | \\\ | \\\ | \ | |
|---|---|---|---|---|---|
| *Tempus reductum* | 2 | 52 | 5 | 58 | |

| | \ | ɔ | / | // | /// | /v | v | v/ |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *Anom.. Apog. æqual.* | 3 | 23 | 41 | 25 | 5 | 22 | 15 | 22 |
| *Radix* - - - - - - | 0 | 0 | 0 | 0 | 0 | | | |

Centrum itaque revolutionis annuæ proreptaverat à K I in H, ergo arcus I H, ſive
ɔ / //
angulus H G I continet 23 41 25 &c.

REG. IV.

Apog. Proſtaphæreſis ſeu ang. G A H, calculo trigonometrico, commode invenitur, ex datis Eccentrote media A G, ſemidiametro Circelli H G, & ang. centri Eccentrici Solis invento H G I.

Ope-

Operatio inſtituetur juxta 3. Axiom. triang. planor. hoc modo:

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Ut duorum* | *AG* 3853 | | |
| *Laterum* | *HG* 363 | | |
| *Summa* - - - | 4216 | *ad diff. eorundem* | 3490 |
| *Logar.* | 6249006 | - - - - | 5428254 |

| | |
|---|---|
| *Ita Tang. dim: Sum angg. opp.* | *ad Tang. ſemiſſ differ.* |
| *Log.* 6783276 | *log.* 5962524 |

*Sum. angg. opp.*

° ′ ″

156. 18. 34.

° ′ ″

*dim.* 78. 9. 17.

Eum his procedentes juxta naturam Logarithmorum arcum reſpondentem habemus 75° 47′ 59″. qvi ſi auferatur à dimid. ſum. angg. relinquit Proſtaphæreſin *Apog.* ſ. ang. *GAH* 2° 21′ 18″. id eſt arcum E F.

De inveſtigando vero motu *Apog.* & *Aug.* Solis

REG. V.

Qvoad prius; Proſtaphæreſin *Apog.* medio

 dio

dio mot. ipſius *Apogæi* adjicio, videbiturque motus *Apogæi* verus.

| | ɔ | / | // | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *Proſtaphæreſis Apog'* | 2 | 21 | 18. | | | | | |

| | \ | ɔ | / | // | /// | iv | v | vi |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *Med. mot. Apog.* | 1 | 36 | 59 | 23 | 50 | 57 | 17 | 0 |
| *Motus Apog. verus* | 1 | 39 | 20 | 41 | 50 | 57 | 17 | 0 |

Qvoad argumentum Solis; Motus *Apogæi* verus ſubducitur ( addito circulo ) à med. mot. ſolis.

| | ɔ | / | // | /// | iv | v | vi |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *Motus ſolis med.* | 24 5 | 13 | 41 | 25 | 31 | 30 | |
| *Mot. Apog. verus* | 1 39 | 20 | 41 | 50 | 57 | 17 | 0 |
| *Argum. ſolis* | 4 44 | 44 | 31 | 50 | 28 | 14 | 30 |

Unde ſublatis 3 pro ſemicirculo relinquitur R H *A* 1. 44. 44. &c. (\ ɔ /)

REG. VI.

Ut Eccentricitas vera inveniatur tria ceerunt data, videlicet latus G H 363, ang. G *A* H 2. 21. 18. (ɔ / //) & Ang. *A* G H 23. 41. 25. (ɔ / //) itaque per 1° c. 2. *Axiom.* triang. plan. dico

ut

| | |
|---|---|
| *Ut ang. G A H ſinus* | *ad latus H G* |
| *log.* 6137437 | *log.* 5599066 |
| *ita etiam ang. A G H ſin.* | *ad latus A H. Eccentricit. veram.* |
| *log.* 6040016. | *log.* 5501645. |

Secundum adde tertio, & â facto auſer primum, ſicut ipſa ſvadet Logarithmorum natura, juxta quam ſi procedas, obtinebis veram Eccentricitatem H *A* 3549. part. talium qvalium Rad. Eccentrici H P eſt 100000.

REG. VII.

Inquirit in æquationem orbis O D vel angulum Proſtaph. Solis hoc modo in Triangulo H R *A*.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *datis* | *lateribus* | *AH* | 5501645 *Log.* |
| | | *HR* | 100000 |
| | & | | ° ′ ″ |
| | *ang. R H A* - - - | | 1 44. 44. 31. |

Juxta indolem 3. *Axiom.* plan. operatio ſuſcipienda.

| | |
|---|---|
| *Ut Summa laterum* | *ad differ. eorundem* |
| 5601645 *log.* | 5401645 *log.* |
| *ita Tang. ſemiſſ. ang.* | *ad Tangent.* |
| ° ′ ″ | |
| *opp.* 37. 37. 44. | *ſemiſſ. differ.* |
| 8870021 *Log.* | 8670021 |

 Huic

provenit

*m. m. Ap.* \ ɔ / // /// /v v v/

*ad dat. t.* - 1 36 59 23 50 57 17 0

Nec non med. m. Cent. Eccentrici ſ. *Ano*nom. *Ap.* ſc.

- - - - 0 23 41 25 &c. Cui in Tab. Proſt.

ɔ / //

centri ☉ ad d. Temp. reſp. proſt. Centri 2 19 0 ſcrupula proportionalia 3 ſine parte proportionali adjicienda med. m. *Ap.* ut habeatur mot. *Ap.* Solis Verus 1 39 21 &c. qui ſi ſubducatur à m. m. ☉, relinquitur *Argum.* Sol. ſeu anom or-

\ ɔ

bis vera 4. 44 &c. cui viciſſim in Tab. pros.

ɔ /

Orbis reſp. 1 21 & exceſſus 17 itaque ſic procedo.

Ut 60 ad exceſſum 17 ita ſcrup. prop. ad

//

partem proportionalem 51, quæ Proſtaphæreſi ex Tab. deſumtæ addita, exhibet proſtp. orbis abſolute veram jam adjiciendam m. mot. ☉, ut habeatur verus mot. ab æquinoctio med.

ɔ / //

ſc. 25. 27. 4 &c. ab hoc ſi auferatur pros. //

æquin. ſc. - - - - - 0 13 37 è Tab. dicto modo inveſtiganda, remanet *mot.* ☉ *verus*

ɔ / //

*ab æqui: verno vero* 25 13 27 &c. SE-

# SECTIO TERTIA.

Ultimò in Doctrina hac Solis Theorica à nobis, brevitatem omni ex parte ſectantibus, videtur reqviri ipſius Solaris corporis ad datum tempus diſtantia à terra, quæ diverſos reſpectus induere poteſt. Prætermiſſis conſultò aliis, hanc diſtantiam inveſtigabimus in Triangulo H *A* R.

| | |
|---|---|
| *In præcedentibus ſunt data* | *ang. H A R compl. reliqv. ad duos rectos ſc:* 74°. 59'. 10''. |
| | *Latus HR Radius* 100000. |
| | *ang. R H A* 1 44° 44' 31'' |

Ergo per 1. c. 2. Axiom. triang. plan.

| | |
|---|---|
| *Ut ang. H A R Sinus* 9849156 | *ad latus H R* 100000 |
| *Sic & ang. compl. R H A* 75° 15' 29'' *Sinus* 9854631 | *ad Latus A R* 106475 |

Diſtantiam ☉ à Terra in part. Radii, ad datum Tempus.

*Quo*

Quo autem uſitatiorem habeamus menſuram hujus diſtantiæ, ſecundum idem Axiom. Triangulum H *A* R aliter reſolvere licebit.

*ex datis* { *iisdem angulis* / *& H R Latere* 1166 / *Semid. Terræ.*

Ita procedo juxta dictum axiom.

| | |
|---|---|
| *Ut ang. H A R Sinus* | *ad latus H R* 1166 *Semidiam. Terræ* |
| *log.* 9849156 | *log.* 0 066698 |
| *Sic & ang. R H A Sinus compl.* | *ad latus R A* |
| 9854631 | 0672460 |

Huic 4to proportionali reſpondent in Canone Logar. vulg. 1168 Semidiametri Terræ; quia *latus* H R eſt 1166 ſemidiamet. in Logarithmis cauſa operandi exhibitarum, ergo *Latus* R A etiam in ſemidiametris Terræ reſpondebit. Has ſemidiametri particulas ſi in 860 duxeris, invenies diſtantiam ☉ â Terra ad datum tempus in Milliariis Germanicis, nempe 1004480. Minores menſuras ſi expetis, per multiplicationem aut diviſionem Milliarium facile habebis. Atque ita, Divinâ adjuti Gratia, Solis Planetarum Principis breviter contem-

templati ſumus habitum, quô indutus diem Svecico Orbi *luctuoſiſſimum* deſcripſit & adpoſuit. Sicut autem *funeſtus hic dies* omnium ac ſingulorum lætitiam Svecorum in lacrymarum reſolvit imbrem, ita ipſum REGEM Sereniſſimum juxta ac deſideratiſſimum, onere Imperii graviſſimo liberatum, in beatiſſimam cœlorum transtulit requiem. DEO ſcilicet Supremo Regnorum Moderatori, Sole Hoc Maximè Fulgente Sveo-Gothicam gentem illuſtrare placuit. Sed hæc culpato vivendi modo ſemet Tanto LUMINE indignam reddens, amiſit, quod cum habuit, digne ſatis admirari non potuit. Haud tamen penitus, O Svecia, te deſeruit DEUS. Ipſa enim ſolatium in ſinu geris robuſtiſſimum. Vultum tuum ad *Au*guſtiſſimum Thronum eleva Regalem. Calidiſſimis ſuſpiriis DEUM venerare; DEUM, inquam, Optimum calidiſſimis ſuſpiriis venerare, ut Idem NOMEN REGIS, Eadem quoque Virtus comitetur. Conſolare itaque & conſerva, O DEUS, Sereniſſimum CAROLUM XII, Regem noſtrum Clementiſſimum. Spiritu Tuo *S*ancto indue Eum, quo Ejus ſub Auſpicio vigeat fortitudo, floreat juſtitia, decreſcat injuria, incrementum denique conſequatur, Baſis illa Imperiorum, vera Religio. Sereniſſimam

C Re

Regis *Aviam*, REGINAM noſtram Clementiſſimam, conſolare quoque, O DEUS, & ſuperſtitem nobis concede in longam annorum ſeriem. Sapientiâ & *Conſilio* inſtrue Eam in graviſſimo Ejus Tutorio Munere. Adeſto Virginibus Regiis, Sereniſſimæ Domus Regiæ Pignoribus auguſtiſſimis; adeſto, inqvam, Eis, ac confirma Eas ætate, virtutibusque Regali Faſtigio digniſſimis. Denique Sereniſſimi REGIS Tutores, cæterosque REGIS Conſiliarios Illuſtriſſimos, illumina O DEUS, ut in omnibus negotiis Divinæ Gloriæ, & REGIS Regnique Saluti ſufficientes eſſe poſſint,

HALLELU-JAH.

יהי שם יהוה מברך: *Job. 1. v. 21.*